




# Fla?dern.

<https://hdl.handle.net/1874/430427>



ubi hodie Brugis erigi tempium, & prædicari Euangenum per Iancum episcopum Elium anno Christi 605. illuc destinatum. Deinde sanctus Amandus episcopus Tournaren  
prædictauit illis Christum octo annis, conuersaq; est bona pars populi, præser  
maris habitantis ad Christi fidem. Habuit eo tempore Flandria paucas a-  
ciuitates, sicut & Iulius Cæsar de ea scribit in hūc sensum: Morini extremi Gallie p-  
puli, ultimò uenerunt sub Romanorum potestatem. Diu nancj repugnabant antequam  
fese dederent, fiduciam habentes in nemoribus & stagnosis locis, donec tādem Iulius syl-  
vas resecaret, agros uastaret atq; oppida eorū exureret, illosq; adigeret ad postulandū Ro-  
manorum gratiam. Meminit autem Iulius inter reliqua duorum oppidorum, quorum no-  
mina sunt Icium & Gesoriacum, quæ hodie putātur esse Calesium & Bononia. Aliorū op-  
pidorum non facit mentionem, sed uicorum tantū. Qui uero post Christi incarnationem  
scripserunt, hi quoq; mentionem faciunt Taruannæ & Tornaci. Quum Morini haud lon-  
gè post apostolorū tempora ad Christum cōuersi essent, rursumq; in paganisimū relabe-  
rentur, à diuo Odomaro iterū Christo sunt lucrefacti, à quo & insignis ciuitas denomina-  
tionem accepit: uocatur enim Sant Omar, anteā Sithiu appellata. Inualuit in ea nostris  
temporibus usus Gallicæ lingue, quum anteā Germanicæ pro magna parte locuti fuerint.

## De ciuitatibus Flandriæ.

Blowke  
DIV - 43

**N**ostro quo multæ & insignes ciuitates in Flandria reperiuntur, sed paucæ uetus-  
statem præ se ferunt, quū intra quingentos annos ferē omnes extructæ sint, per-  
uenerintq; ad illam in qua hodie sunt sublimitatem. Tornacum quod ipsi  
Tornay & Dornick appellant, habet mediocrem uetus statem, quū Antoninus  
in suo itinerario illius mentionē faciat, & ea ciuitas ante multos annos fese alienauit à Flan-  
dris, tutelamq; apud reges Franciæ quæsiuit, quare à Comite quodam Flandriæ Ferdinan-  
do nomine uice quadam obsessa expugnata fuit & recuperata. Et nostris temporibus Ma-  
ximilianus unā cum Henrico Angliæ rege eam expugnauit, sed quā Anglus rursum Gal-  
lis uendidit. Et superueniens postea Carolus quintus Cæsar, eripuit eam Gallis, incorpo-